Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/316397

# THESES JURIDICAE INAUGURALES.

15

# THESES
# JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GERARDI JOHANNIS MULDER,

MATH. MAG. PHIL. NAT. ET MED. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**GUILIELMUS THEODORUS DIDERICUS IJSSEL DE SCHEPPER,**

ARNHEMIENSIS.

DIE XII M. NOVEMBRIS A. MDCCCLIII, HORA II.

**Trajecti ad Rhenum,**

APUD J. DE KRUIJFF,

MDCCCLIII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

# THESES.

I.

In l. 57 Dig. Mandati verbum *venaliciarium* mihi videtur mandantem neque, ut proposuit Gothofredus, emtorem significare.

II.

Jure antijustinianeo collegatarii verbis tantum conjuncti non fruuntur jure accrescendi.

III.

Non prorsus verum esse quod Gajus Inst. Comm. III. § 118 de simili sponsoris et fidepromissoris conditione dicit, ex ipsis commentariis effici potest.

IV.

Errant qui, ex l. 5 § 6. Cod. ad legem Juliam Majestatis, statuunt eos, qui factionem cognoverant neque prodiderunt, eadem poena esse afficiendos, qua eos qui factionem inierunt.

V.

In communione lucri et damni uxor jus abstinendi non habet.

VI.

Administratio portionis legitimae, quae filio minori debetur, patri vel tutori adimi nequit.

VII.

Art. 1134 C. C. plerumque vim adimit art. 1132. 1° eodem.

VIII.

Qui praedium emit a creditore, secundum art. 1223. al. 2 vendente, exigere nequit ut praedium hypothecis liberetur.

IX.

In tractandis rebus mercatoriis processus per scripturam fieri potest.

X.

De sententia interlocutoria appellari potest eodem tempore quo de definitiva, nec refert an dies venerit vel executioni sententia mandata sit.

XI.

Litterae cambiales quae dicuntur: *aan de order van den trekker* sunt cambiales etiam ante indossamentum.

XII.

Exercitor navis contractibus magistri, propter navigandi necessitatem ad navem reficiendam vel victum emendum obligatur, etiamsi magister neglexerit adhibere necessitatis declarationem aut consulis auctoritatem.

XIII.

Quum naulum in charta partita differt ab eo quod in cognoscemento indicatum est, consignatarius solvere tenetur secundum cognoscementum.

XIV.

Assecuratus, qui se in minus pretium quam summam assecuratam redemit, non potest petere ut pro rata parte sibi premium reddatur.

XV.

Verbis: *drie vierden van de waarde* in art. 717 C. M. intelligi debet dodrans aestimationis in polizza indicatae.

XVI.

Qui rem hereditariam amovit et jusjurandum praestitit ex art. 661. 7°. Cod. de Meth. proc. in caus. civ. puniri nequit ex art. 363 C. P.

XVII.

Qui rem conductam vendidit furti reus est.

XVIII.

Art. 423 C. P. non spectat eum qui merces vilioris praestiterit qualitatis quam vendiderit.

XIX.

Poenae corporales, quas minabatur Codex maritimus (Crimineel wetboek voor het Krijgsvolk te Water), in Belgio Meridionali recte abrogatae sunt novissima lege d. 13 Aprilis 1851. (Loi portant des modifications au Code pénal maritime).

XX.

Inops, ex art. 467 § 1 C. P. ultra XV dies in carcere retentus, contra procuratorem fisci (ontvanger der registratie) agere debet ut e custodia liberetur.

XXI.

Propter jura toparchica, quae memorantur in al. 1 art. 4 addititii Leg. Imperii, damni resarcitio non debetur.

XXII.

Secundum legem Fundamentalem fabri quoque jure conveniendi gaudere debent, nec obstat art. 415 C. P.

XXIII.

Ergastulorum ad subveniendum egenis utilitas mihi neganda videtur.

XXIV.

Vectigalia directa praeferenda sunt indirectis.